



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De ciuitate morum & externa modestia. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

oppugnabant, ac ladebant iam prosum & adiuuant,

CAPVT PRIMVM.

De civilitate morum & externâ modestia.

12.
2.2.9.
160.2.1.
& 2.

De disc.
& peris.
monast.
conuer-
sat.ca.17.

Exteriores motus, & actiones corporis, tanti sunt momenti in scholâ Christi, vt S. Thomas Doctor, non tantum vitâ, sed etiam scientiâ Angelicâ, dicat, ac probet, esse aliquam virtutem specialem quæ versatur circa compositionem motuum corporis exteriorum, eorumque moderationem. Mortalium Regum ministri, inquit B. Laurentius Iustinianus, & terrens Imperatoribus famulantes, quotiescumque se suorum præbent affectibus Dominorum, cunctas, quas vel in vestibus, vel in facie gerunt, sordes, dilire studiose conuantur, nequid in ipsis incompositum, aut indecorum appareat, quod oculis Principis despiciabile videatur. Dignum quippe est, vt, quicquid jordescit, quicquid deforme efficiatur, amoueam à se, quatenus aspectus illorum alliciant quibus placere concipiunt. Capitur enim animus plerumq; ex ornata & speciositate creaturarum. Hanc regulam, hunc quoque morem solerter custodiare debent omnes aeterno Regi militantes. illis namque congruit ita exteriore habitum, corporis gressus, morum actus, anima cogitatus, animalium affectus compонere, vt nihil in eis reprehensibile agnoscatur &c. Propterea Angelicam conversationem tenere conentur, quotquot cœlesti Domino gratissimum desiderant exhibere famulatum. Ideo mirum non est, non tantum à Sanctis post Apostolorum tempora commendari nobis, exteriorem corporis compositionem & morum honestatem ac decorum, & certum vsum vestimentorum, immo & calceamentorum, & his affinia à S. Pachomio in Regula, S. Ephræm, S. Basilio, S. Dorotheo, S. Hieronymo, B. Isaiâ, S. Vincentio Ferrerio, S. Bernardo, S. Bonaventura, S. Ignatio, & aliis, & ante hos omnes à Clemente Alexandrino in pædagogo, sed ab ipsis quoque Apostolis. Nam S. Clemens Papa & Martyr S. Petri discipulus, & comes S. Pauli & (vt illum appellat S. Paulus Phil. 4.3. Apostolus) eius Adiutor, in Constitutionibus Apostolicis à se scriptis, pluribus in locis, Apostolorum nomine præscribit varia monita circa res minutas & seimanda ab aliis & ab ipsis Episcopis & Presbyteris. Nolo recensere omnia. Quid est vilius femoralibus & crepidis? & tamen de his etiam Apostoli modos tradiderunt, bene iis vivendi. Nam l. i. constit. c. 4. tale scriptit Apostolicum monitum, valde necessarium hoc tempore laicis & quibusdâ alii (quos non audeo ob necessarios respectus nominare.) Palchritudinem tibi à naturâ Deo autore collatam, noli ad te cultu, exornare, sed humiliiter eam aduersus horines ita cohibe, capillum como non nutritus, sed potius illum detondens & adimens, ne tu pruriui vexatus, & caput lacerationis expers conservans, vel vnguentis perfundens, inducas tibi mulieres quæ hoc modo illaqueantur.

vel illaqueantur. Neque femoralia vel crepidas pedibus tuis improba arte consuas, sed tantum iis vires, que ad gravitatem & usus necessarios pertinent. Immò E-

thnici, vt Seneca, Plutarchus, Theophrastus, Cicero præcepta tradiderunt de urbanitate morum, nature ipsius ductu ac lumine edocit. Hinc

in Rebus publicis olim erant, Româ præserim, milio & constituti Censores, ad quos spectabat, inter in Catone, morum exterorum emendatio, & viuendi Censor,

rationis, erantque inter alios Magistratus maxima reverentia & potestatis; & cum alij Magistratus Romanorum anni fuerint, censura quinquennium durabat. Et S. Thomas edidit

septem libros etiudionis Principum, in quo rum quinto ex professo tractat distinctè & sat fusæ in pluribus capitibus, de pueris informan-

dis in bonis moribus, de disciplinâ in gestu, in habitu, in locutione, in custodiâ lingue, in sumptione cibi & potus, de modo, & tempore sumendi cibum, de quantitate & qualitate eorum, quæ sumuntur. Fidelem, inquit S. Chrysostomus, mundi luminare, & solem esse congruum est ad pop.

& ex omnibus partibus manifestum esse: ex intessa, ex aspectu, ex habitu, ex voce. Hoc autem dixi, non ut ad ostentationem, sed ad videntium uisitatem nos ipsos disponamus. Modestia enim, vt ait S. Isidorus Pelu-

sio, virtutis amantes decet, & reliquias animi dotes exornat, & illustrat. Ideo æquum est eos, qui sa-

Et sunt spectaculum Angelis, mundo, & hominibus, ita præferente omnes mores compostos & decentes, vt nihil fiat, quod cuiuspiam offendat

aspelum, vt loquitur S. Augustinus, & S. Bernardus: Debet quicque quantum potest, se irreprehensibiliter exhibere: primum quidem coram Deo, sed deinde cito etiam coram hominibus. Hoc nempe est quod alibi loquitur Apostolus, dicens, prudentes bona non tantum Rom. 12. ep. 12. coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tribus siquidem modis coram hominibus bona prouidemus, id est, habitu, actione, sermone. Habitum ne sit notabilis; actione, ne sit reprehensibilis; sermone, ne sit contemptibili.

Quâ de re nihil ex meo sensu adferam, sed quæ vel legi, vel didici à Maioribus, sanctisque & in viâ Dei valde exercitatis Patribus, doctrina & prudentia laude valde celebribus (quod ipsi etiani naturalis ratio docebit) annotabo; vt

minutos etiam defectus morum ac modestiae vivantes, omni ex parte solemur cot illius Majestatis, quæ se vulneratae canebat, in uno oculo

rum sponsa & in uno crine collis eius modestè composto. Præsertim cum P. Claudius S. memoriae in Instructione primâ 6. capitum ad Superiorum missâ anno 1604. inter alia præclarâ monita illud commendarit ex S. Ephræm excerptum:

Eum, inquit S. Ephræm, qui ceteru præst, peritissimum, de vīnum esse conuenit & ad consulendum salutis subditos spiritu

rum vigilansimum, utique singulorum obseruet incessum, gestum, motum, & habitum, adhibuit etiam debitâ earum rerum correctione, que minus conuenient, vt ad optimum ea flatum formamque reducantur.

Magistri enim non solum elementorum figurâ dissi-

discipulis ostendunt, sed etiam minima queque puncta, distinctionesque proponunt. Non sunt paruifacientia diuinaria. Nam vt docet eximius rerum diuinorum Magister S. Bonaventura, minima quæque tradens suis fratribus & vitanda & exequenda in pluribus Opusculis suis verè aureis & spiritu Dei plenis. Non minimum est, contemnere minima, que non minimam moribus maculam ed turpia neglecta habita ingerunt, quo vitari facilius cogita potuerunt. Proinde qui Spiritu Dei aguntur, moralibus documentis intendunt, que superbi & fatuus contententes, nunc superstitiones, nunc ceremonias volunt, aut certè calumnias faciat impugnant. Quocirca clucere debet in exteriore compositione corporis nostri, eiusque actibus, magna modestia & urbanitas, sive ut eam appellant S. Ambrosius, Forma honestatis, & ornatus ad omnem actionem accommodatus: vel, vt loquitur S. Thomas, decor honestatis. Ex cuius defectu, viri Sancti malo ominabantur de alii. De exteriori: namque hominis motu, inquit Cassianus, interiori status agnosciatur. Qualis autem debeat esse status exterior hominis, pulchre indicat S. Gregorius Nyphus: Sicut palpebrarum prominentibus pila, quia vallo obiecto puritatem, & rebementiam radierum naturae obumbras, & frangens, temperatum ac dilutum splendorem oculis insert, qui placidus sol pro modo, quem visus poscit, cum vmbra, quam palpebre faciunt, temperatus exigit; ita morum grauitas, atque maiestas cum moderata animi demissione commixta, non auerat oculos inuentum, sed tuncundum efficiat obtutum, vt neque grauitatis ac severitatis splendor obscuratur, neque latens in anima vis, propter humilitatem deficiatur, sed alterum equaliter in vitroque, tum in celsitudine ac sublimitate comitas & humanitas, tum in humilitate vice versa grauitas & severitas animaduertatur. Quod fit, etiam virtute prædicti nil dicant.

16. Viri summa virtute prediti, inquit S. Isidorus Pelusiota, etiamsi nullum verbum emittant, silentio tamen quavis voce clariore, discipulos suos erudiant, non iporum aures oblectantes, verum animis lumen, ac splendorem afferentes. Nam qui Magistro nihil praeter sermonem inesse existimant, & aures obtundunt, & risum mouent. At qui operibus emicant, etiam si silentium colant, spectatorum tamen animos erudiant. Atque illud est, quod ex me intelligere quiescunt: Sacerdotes loquuntur ad cor Ierusalem. Multi enim sunt, qui loquendo molestiam exhibeant. Pauci autem qui operibus doceant. Quibus nimis Dei quoque cultui consacrari, ac Sacerdotij munere fungi conuenit.

17. Hinc S. Gregorius Nazianzenus ex Iuliani Oratione adhuc pueri immodestia futuram eius Apostoliam à lide Chilili, & omnia eius mala præcongnovit. Neque enim, inquit, quicquam mihi significare, atque ominari videbantur, certus non fata, humeri subsultantes, & ad equilibrium subinde agitati: Oculus infolens, & vagus furioseque intuens, pedes instabiles & titubantes, nefus contumeliam, & contemptum spirans; risus petulantes & effrenati: nutus &

renutus temerarius; sermo barens, spirituque concisus: interrogations stulta, & precipites, responsiones his nibilo meliores, alia in alias insultantes, nec graues, & constantes, nec eruditiois ordine progredientes. Quia singula describere necesse est: Talem ante opera conspiatus sum, qualem in operibus postea cognovi. Sic & S. 1. i. Offic. Ambrosius, ex prato Clericorum gestu, corum cap. 18. via commissa, vel committenda augurabatur. Meministi, inquit filij, quandam amicum, cum sedulis se videretur commendare officis: hoc solo tamen à me in Clerum non receptum, quod gestum eius plurimum dedecet. Alterum quoque, cum in Clero reperiresem, iussisse me, ne unquam praetaret mibi, qui velut quodam insolentis incessus verbere, oculos feriret meos. Nec se felicit sententia, vterque enim ab Ecclesiâ recepsit, vt, qualis incessu probebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariane infestationis tempore, fidem deseruit: alter pecunia studio, ne iudicium subiret, Sacerdotem se nostrum negavit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quadam scurrarum persuantum. Ita parua ad speciem indicia, res enormes portendebant. Externi enim corporis motus sunt, vt ait S. Nazianzenus epist. 131. præcones quidam animi, vt mirum non sit, quod scribit Seneca: Argumentum quoque morum ex mintinis licet capere: impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & unum interdum respondit, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum risus, insatia vultus, habitusque demonstrat. Illa enim in aperatum per notas excutit.

Et Diuus Chrysostomus: Intemperancie symbola, de moribus iudicium faciunt, deque affectu. Nempe vox, intuitus, habitus. Quin etiam ea qua videntur esse parua, & nullo in numero rota tonsura, deambulatio, oculorum commutatio, collique inclinatio, sermocinatio manibus supinis.

Pulchra hoc similitudine illustrat Cicero: Ut 1. i. Offic. in fidibus, musicorum aures vel minima sentiunt, sic nos si acres, ac diligentes Iudices esse volumus, animaduertoresque vitorum, magna intelligentia ex pariis. Ille deinde indicis vultur S. Bernardus ad cognoscendum malum Monachum: Si videris, inquit, Monachum, de quo prius bene confidebas, vbericanus fiat, ambulat, sedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspenas, è motibus exterioribus hominis, interiori immutatur agnoscere. Vir quippe peruersus, annuit oculis, terit pede, dixit loquitur. Et, ex insolenti corporis motu, recens anima morbus deprehenditur. Verillime enim est Spiritus Sancti sententia: Ex risu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus: amictus corporis, & risus dentium & ingressus hominis enunciavit illo. Quocirca S. 1. 2. epist. Isidorus Pelusiota Esaiam militem monuit, illud Eccli. 19. 26. 27. ut curaret, vt nec per oculos, nec per supercilias, nec per linguam, nec per incessum, ullum arrogantis vestigium in eo appareret.

Mexit ergo P. Ioannes de Platza, Magistri Novitiorum & Provincialis, & Visitatoris numeribus in Societate, cum eximia laude, profectuque aliorum & Sanctitatis exemplo perfun-

Etus, anno 1602. in Collegio Mexicano, cum opinione sanctitatis mortuus, cuidam nostro fratri, præferido adolescenti, non satis agnoscenti, quid in causa esset, quod in spirituali negotio parum proserceret. Ego vero, inquit, ex tui corporis incondito motu, illam exigui tui profectus causam potissimum existimo, quod viuendo ingenio cum sisparum tibi imperes illudque apud te statue, idcirco spirituales homines tam paucos censeri, quod pauci admodum suis cupiditatibus moriantur, Deo propterea denunciante: Non videbit me homo & viuet. Solent enim potissimum iij. modestia præscripta violare, quos viuos, hoc est viuaci natura & feruida, non bene mortificata prædictos appellamus. De

19. C. 22. §. 2. P. quoque nostro Balthasare Alvarez scribit in eius vita P. Ludouicus de Ponte. Non sati habebat, quod interioris hominis reformationem, & mortificationem suis suaderet, sed ea quoque tradebat, que ad exterioris reformationem spectabant, valde illa commendans virtutem modestie Religiosa, quam dicebat hominibus Societas valde necessariam, ob tres precipue causas. Prima, quod ex Instituto agerent cum proximis, ac proinde tenerent eos adficere, bonumque nomen apud eos habere: hoc autem obtinetur præcipue modestia & compositione hominis exterioris, non tamen affectata, sed vera, & religiosa. Cum igitur quis in Societate sumus, spectaculum, ut ait Apostolus, facti sunus mundo, Angelus, & hominibus, necesse est, ut idem Apostolus ait, prouidere bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Secunda, nam aliquis Religiose habuit suo, & cuncto adfiscit, reguntque aliquam immodestiam, si forte in eam incidenter; at homines Societas, qui faciem habent patenter, nec habitum alium, aut cucullum habent, horum loco necesse est habere eos modestiam, quia exornantur & componantur, quemadmodum Matrona, ed quod faciem apertam habeant, maiori indigena modestia, quam a liorum nationum, que vultum tegunt. Tertia ed quod Societas etiam habeat ex suo Instituto, orationem & cum Deo internam familiaritatem, ad quam exterior modestia plurimi inueniat, ut que sensu continat, & coponat, per quos alias effunditur, & evanescit deuotio. Ac propterea eius modestia videtur valde Religiosa, & ex interna prouenire reformatione, & ex eo, quod semper attendat se versari in conspectu Dei sui. vi monuit Apostolus: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim prope est.

In hunc finem consecraret sibi, quasi indicem omnium actionum immodestiarum, que in viro Religioso notari possunt, quos seculares civilium mortis deseluum appellant, & nominatim notat immodestiam, que esse potest in moibus capitis, frontis, oculorum, aurium, narium, oris & lingue, brachiorum & manuum, genuum & pedum, & reliquarum corporis partium, & in vestitu gestatione. Deinde immodestias, que notari possunt in templo, in choro, in refectorio, in ipso cubiculo, in omnibus officiis, quale est, Sacrum facere, vel audiare, quando decumbunt, aut ex lecto surgunt, quando comedunt, aut sunt in recreatione, aut in quoconque alio loco, sive sint soli, sive cum sociis. Immodestia

subditi erga suum Superiorum, aut Religiosi cum reliquis, aut cum eunt per plateam, & alter alterum comitatur, aut cum familiaribus agant, in modo loquendi, ridendi, expundi, tussiendi, manus & corpus mouendi. Reformandi enim sunt omnes hi motus, & danda opera (quem admodum S. Augustinus in sua Regula monuit) nihil in eis sit, quod non respondeat gravitati & sanctitati nostra Professionis. In illo Catalogo erant notatae plus quam ducenti immodestie actus, & urbanitatis defecit, in quos poterat Religiosus incidere. Hæc causa mouerat P. Hieronymum Platum, ut scribere voluerit similem tractatum, de honestate mortuum, pro informatione personarum Societatis, sed morte præuentus, non scriptis, vel potius inchoatum non absoluiri. Nunquam viri hi Sancti ad res tam minutæ descendissent, ni effectus non parvi momenti, earum obseruatio: & contratio, carum violatio. Ieò P. N. Mutius Generalis in primâ ad Societatem vniuersam epistola, hoc primo loco his verbis commentat: Nemo hanc rem reponat in minimis; fixum quinquaginta apud omnes, constitutumq; sit, eam nostri, que in tuis est, speciem seculares viros animo conformatus, quam exterius nobis impressam animaduidenter. Nimirum elinguis licet. & multa modestia silentium, cuius meminit Nazianzenus, illud est sermone prestantius, atque ad homines permouendus, fletendo que copio quāvis disputatione longè valentus. Vsi quidem ipso compertum est. Fratrum nostrorum, suis in Gymnasii, sive per compita, conspectu modestia ad Societatem bene multos adiecisse. Atque ego de me proficeri verè, sicut & possum, tantum ex eo me spectaculo, cum adhuc versarer in seculo, fructum capere solitus, ut cum Romanum Collegium, Concionis, lectionisque sacre gratia, è Professâ domo vñâ annes binî repetere, eius frui conspectu pompe, enizè contendere. In summa, quod ait Hieronymus licet sermone taceamus, habitu loquamur, & gestu: Et quoniam velut opinia Matrem Societatem, ab omnibus diligè vnicè exploratum, perspectumque mihi est, nullâ caput inculari hoc ratione vehementius à me arbitror posse, quam si monuero reputandum vnicuique animo esse, totam se Societatis existimationem, dignitatemque in ore, externaque corporis conformatio circumferre. Sed eti non viderem ab illo, satis esse debet nos à Deo, & cælitibus videri. O quam honeste, inquit Ren. Ex-Christus Dominus S. Brigitæ, & morigerose operatur eas (Moniales) in conspectu intuentium esse, cum verbis, & moribus incedere; cum imitatis ad mias, intuentes eas, sive Virgo Maria Mater Dei, cum toto celesti exercitu. Sponsus vero, desiderans eas est verus Deus, Rex Regum & Dominus Dominantium, potensq; super omnia creat. S. Bernardus in vita S. Malachiæ, cùm plura miracula ab eo edita retulisset, subdit, libentius, fateor, imitandis immoror, quam admirandis. Proponens vero imitanda sic ait: In Malachia, quis, est curiosus, obseruaret, comprehendit otiosum non dico verbum, sed mutum quib; manum pedemque frustra? inquit quid non adficians in eius incessu, aspergit, habitu, vulnus? Extat pro huic rei commendatione.

trau. 17.

20.

Devia
hinc e
lippa
14.

mendatione præclara visio, quæ contigit nostro fratri Alphonso Rodriguez, quam ipsis verbis positus in Processu Informativo pro eius Canonizatione facta Majoricæ, referam, habetur etiam in eius vitâ. Contigit illi, dum esset satî in hoc negligens, quod ipsis apparuit Christus Dominus noster, habens pedem super Altare, à latere Euangelij, eo modo, quo incedebat in seculo, fratre ex illius opposito existente, & erat vestitus ueste longâ, cum vultu insignis proportionis, & color faciei erat aliquantum subniger, tendens ad rubicundum, ad instar nucis auellana, in qua quidem facie apparebat magna Divinitas: modestia spissæ oculorum, & serenitas ipsius faciei erat admirabilis & diuina, ut videretur, quod veller ipsum docere modestiam, vt illam ab eo disiceret. Et ipsis fuit, quod in modestia suorum oculorum manifestauit ipsi persona magnos thesauros interiores sui ipsius, quæ tanquam in speculo videbatur in illo, & est tanta virtus & roboris ista presentia & visio Christi Domini nostri, quam vidit, vt quotiescumque illam sibi representauit in memoria, sensibiliter sensi sibi adeisse modestiam, & devotionem & quod totus vir mutatus sit ei mutatus unus in alium virum, quando exi à quadam oratione deuotâ, tam in compositione interiori, quam exteriori. Et quanvis illud ipsis contigerit a 12. anni, & ultra, semper tamen ipsi est recens, & eundem affectum in ipso producit. Notatum hoc fuit viente adhuc Alfonso.

22. S. Vincentius, Christi athleta, inquit, ad coaptandum corpus suum totâ alteri, in obsequio Christi Iesu cœrceat, vt omnes actus, & motus corporis, sint omni morum honestate compositi, serui Regularium disciplinæ: neque enim poteris animam vñquam ab inordinatu cobibere, nisi prius studueris corpus tuum subiungere disciplina, ipsum refringendo, non soluim ab omni actu, sed etiam ab omni motu incongruo & inepto. Et ca. 7. Hoc generaliter habeas, quod omnem actum & omnem corporis motum, cum quâdam modestiâ facias.

23. Meritò ergo S. Ignatius noster, initio sui in Verbum ingressus, scripsit Ordinationem, quæ ex textu Hispanico ita ad verbum redditur latine. Minister M. Franciscus (id est Xaverius) & Subminister M. Alphonfus (id est Salmeron) & Simdicus, Ioannes Paulus conueniant die luna, ante canam tertiarâ horâ, ad consultandum intra se circa compositionem exteriorem & interiorum omnium: circa exteriorem in omnibus rebus, vnde potest presumi aliqua disadiatio, sive in verbis, sive in gestibus & motibus, vel aliis actibus. Et postea, Regulas Modestiae, hanc ob causam conscripsit, ad modestiam Religiosam, & totius corporis motum decorumque pertinentes, quas antequâm scriberet, sepius, & eo amplius orationem Domino, & lacrymas fudit, & publicari voluit per P. Iacobum Laynen, cuiusque hac de re exhortationi, omnes Patres, etiam antiquos (quod anteâ non fiebat) interesse, non sine Dei approbatione, quod ipsis ea Regulae placentur, vt ipse S. Pater interpretabatur, auditâ ruinâ testi, sub eo tempore Patres considere solebant, &

confessissent, vt scribit Ribadeneira. Deniq; ipsi etiam Gentiles, lumine naturali imbuti, similia 1. offici, non negligenda putarunt. Cicero moneret adolescentes, vt etiam, cum relaxare animos & dare se iucunditati voleant, caueant inuercundiam, meminerint verecundie. Et infra ait; Decorum in omnibus factis, dictis, in corporis denique motu & statu cerni. Et, naturam, inquit, sequamur, & ab omni, quod abhorret oculorum, aurumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, festis, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud, ne quid effeminatum, aut molle, & ne quid durum, aut rusticum sit. Remoueat omnis, viro non dignus, habitus, & ornatus, & huic simile uitium in gestu, motuque caueatur. Nam & palestrici motus sunt saepè odiosiores, & his trionum nonnulli motus & gestus, inepti non vacant. Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita, tamen qua fugiat agrestem, & humanam negligientiam. Caendum est, ne a tarditatem utamur in gressu mollioribus, vt pompa rum serculi similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Ex oculorum obtutu, & superciliorum remissione, aut contradictione, ex maiestate, aut hilaritate, ex risu, locutione, ex retentientia, ex intensiore voce, ex submissione, ex ceteris similibus facile iudicabimus, quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturâque discrepet. Quocirca si Cicero in scholis Christianorum non edoctus, agnouit talia, & talium rerum habendam rationem putauit, quanto magis Christi fide imbutis, & Deo dicatis, ex cordi esse debent. Sed quia res istæ parvæ videntur, minùs curantur, & ideo pauci iudicio S. Basilij talibus minutis se se impendunt. Vita, inquit, genus Euangeli conueniens diligere Canonicæ, cuius facile est, quod autem quis vel minutissima quaque, que in eo descripta sunt, consilia conseruet, neque eorum quoduis neglegat transmittat, hoc verò rari, quos ego quidem nouerim, opere ipso prescriberunt, vt videlicet lingua vti continent, silentio obquinctâ, oculi etiam eam adhibeant moderationem, quam requirit Euangelica & perfectionis tenor, manibus insuper indumentum laborem ex suscepto ineunda gratis. De consilio motum itidem prescriberent pedibus, denique reliquo totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum suscepta vita propositum, & ipsa imitatione Opificis nostri fabrica ratio requireret. Qui in vestitu pro decoro modestiam, in congresione cum ceteris circumspicitionem, in cibis illud modo, quod natura defideret, teneret, in rebus ad vita vsum parandis, vñstantum necessitatibus consulenter. Hac quidem dum simpliciter hoc modo dicuntur, levia videntur, ac nullius penè difficultatis, seu modi sunt tamen, in quibus seruidis, magna opus esse contentionem, ipse nos vñsus docuerit.

Quod sane tantò magis nobis cordi esse debet, qui vel sacerdotali autoritate, vel religiosæ virtutæ, quam amplexi sumus, conditione, supra alios à Deo euæti sumus, cum Deus in saeculatis personis longè velit abesse exteriores quosdam corporis gestus, in se non malos, tales tamen qui alios offendere possint. Hinc Christus Dominus volens cuiusdam Domini ge-

26.

16. Reu. *Itus exterioris, atque in pacifice, & ceteris aliorum, vitandos corrigit, hoc ei per S. Brigittam monitum dedit: Ego positus in humanitate sic temperans orationes, labores, & reunia mea, ut nec scandalizarentur inuenientes nec absentes offendentur; sed omnes, qui voluerint, possint imitari verba mea, & opera, & exempla. Hec autem Domina, quam cernitis mirabiles habere gestus, non est sine magna tentatione, sed nec sine remorci conscientia: ideo consultum est ei, temperantius moderare suos, & facere ea, quia facit magis in occulto, quam in publico, alioquin labor suis superiuacius, & oratio sua erunt ei minus in coronam.*

cap. 12. 2. Cor. 11. *Si ergo gestus non mali vitandi sunt, qui patet aliorum oculis, & in occulto tantum adhiberi solent, quanto magis illi, qui vbiique censentur a viris prudentibus & perfectis indecori, etiamque circa res parvas & minutas versentur. Omnes sumus desponsati Christo, iuxta illud Apostoli: *Aemulor vos Dei amulatione: despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Atque anima Virgo, ut ait Deipara tenetur habere tria, 1. vestes decoras, ne foris rideatur a famulis Regis, si in vestibus deprehendebatur aliquis deformis, &c. debet ali marierata iure voluntatem sponsi*

1. 2. Reu. *S. Brigitt.*

cap. 11.

27. debet esse mortuorum suorum voluntatis sponsus si aliquid in actibus suis inueniatur in honestum, debet se fletur sponsus propter eam. 3. debet esse inuidissima, ut sponsus non inueniat in ea vnam maculam, pro qua contemni. & repudiari possit. Et multo

ant docuerat Clemens Alexandrinus, Magister bonus, non optimi discipuli Origenis. Neque in motu, neque in habitu inueniatur vñquam magni animi & excelsi dedecus. Sed vt ait S. Ambro-

i. Offic. sius; In ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia,
cap. 18. præsertim in religiosis & Clericis. Nam præcla-
Codi. de ræ in Codice Imperator dixit: *Ipsum Monacho-*
Episc. & *rum nomen exposceremodestiam.* Quanquam ipsa
Cleric. Christiani conditio id exigit. Vt enim ait Mi-

^{26.} Curiatam conditio in exigit. Vt enim ac Minutius Felix; Nos non tam notaculo corporis, sed innocentia ac modestia signo facile dignoscimus. Ideo sicut usque ad nos hunc Christum Dominum fecerimus.

1. Cor. 12. cum, ut ait Apóstolus, Christus Dominus in ea-
put nostrum & nos eius membra, sensibus no-
stris & membris decorè utamur. In qua Apo-
stoli verba S. Anselmus: Serua, inquit, corpus tuum
& membra è dionitate quà decet. ne si ea qualibet le-

uitatis studio iniuriose tractaueris, quando potiore pre-
mio coronareris, sed ea dignè tractasse, tanto maiori
supplicio subiiciaris, si eis indigne abusus fueris. Oculi
tui, oculi Christi sunt. Non igitur licet tibi oculos Chri-

fit ad aliquas vanitates conficiendas dirigere ; quia Christus est veritas cui omnis contraria est. Ostium, os

Christi ej. Non debes non dico ad detractiones non dico ad mandacis, sed nec ad otiosos sermones aperire, quod ad solas laudes Dei, & ad edificationem proximi debes patulam habere. Sed ut sciamus quae sunt ista minuta nobis vel fugienda, vel facienda, nunc explicanda sunt diligenter, & in particulari singula. Circa particularia enim, ut ait Aristoteles, actiones versantur.

1.2. Eth. cap. 7. gula. Circa particularia enim, ut ait Aristoteles, actiones versantur.

CAPVT SECUNDVM.

De Mortificatione Gustus.

A Mortificatione gustus, corporis composi- 28.
tio & cura minimorum inchoanda est. I. f. lastit.
Nam, vt at Cassianus: Primum ineundum certa- cap. 3.
men est aduersus gastrimargiam, seu concupiscentiam
gulae. Cassianus huius doctrina dat tum Cassia- Cassiidi.
nus, tum S. Gregorius: Neque enim ad confitum cap. 16.
spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nos met- Gregor.
ipos hostis positus, gula videlicet appetitus edometur. 30. mot.
cap. 26.

Circa gustum his modis poteris te, pro-
pter Christum Dominum tuum exercere, mo-
derat̄ ac sobrie corpus alendo. Tantum tibi ie-
Epist. 29.
ad Nep.
iuniorum modum impone, inquit S. Hieronimus,
quantum ferre potes: sint tibi pura, casula, simplicia, Ser. 1. de
moderata, & non superstitione sciunia. Cibis v̄si, in- luct. mon.
quit S. Basilius, eiusmodi esse debet, qui ad solam ne-
cessitatem referatur, itemque vinum neque omnino
refusii debet, si quando valetudinis causa adhibendum
fit, neque studiōse nimis, si necessitas non sit, exquiren-
dum, ac reliqua omnia eiusmodi sunt, vt necesse ad
victum v̄si, non autem libidinosis voluptatibus iner-
uiant corum qui se ad Religionis exercent cultum.

Nihil hinc agam ex professo de moderatione ad. Additio. 10.
hibendâ in cibo & potu, de quâ S. Ignatius Re. ante 2.
gulas octo in libro Exercitiorum reliquit. sed Heb.

gulas occo in libro Exercitiorum reliquit; tea-
tantum de mortificatione gustus: nam mode-
ratio non ad mortificationem spectat, & vo-
luntariam penitentiam ac liberam, sed ad vir-
tutem temporantiae necessariò in cibo & potu
seruandam, & qua sine peccato liberè omitti
non potest, vti benè S. Ignatius tanquam ex-
imus Theologus, & rarus vita spiritualis Ma-
gister, in libro suorum Exercitiorum obscrua-
vit. Turpe enim esset, virum Spiritualem ac Re-
ligiosum, in cibo, & potu non ita se gerere, quæ-
admodum (vt inquit Galenus) viros graues, &
cultu, & reverentia dignos decet, nam neque propter
famem decet vehementer, insatiabiliter impleri, ne-
que propter situm, infar sorbentium exhaustire totum
calicem, multoq; minus ob edacitatem in conspectu
omnium audiūs, vel placentam, vel aliud quippiam ex
delicatioribus obsonis deuorare. Quā tamen in re,
30. I. de curat.
& morib.
cap. 7.

certa omnibus mensura praescribi non potest.
Alij siquidem paucioribus egerint cibis, alij plu-
ribus. Quia in re fugiendum est Pharisaei iu-
dicium, quo quidem Christum Dominum
postponebant S. Ioanni Baptista, quia ille man-
ducaret & biberet, etiam vinnum, hic vero pa-
rum comederebat. Pro qua te, accommodata est
illa doctrina vnius est Patribus antiquis, qui di-
cebat, inueniri hominum multa comedentem, et ad-
lib. 3. vic.
huc euriens se contineret, ne satietur; alterum autem
SS. PP. n.
parum comedere, & satiare. Porro eum, qui mulsum pag. 607.
comederet, & abduc euriens se contineret, maiorem nam. 99,
mercedem habere, quam illum qui parum comederebat &
320.
satiaretur. Salubris est etiam Abbatis Poemesis